

inum, (seu è saccharo metam.) Inte-
gras tamen nunquam inuenire potui,
forsitan propter vim fulminis, qua ex-
cutiuntur nubibus, & resultationem
in terram. Harum vim esse prædicant
(hæc ex Marbodeo) prouocare dulces
somnia, & valere contra fulmina: itè
facere ad prælia & causas vincendas.
Hæc Encelius: qui certè Cerauniam
gemmam, quam nos capite secundo
Asteriæ nomine descripsimus, cum la-
pide è nubibus cadente, confundit,
sicut & Marbodeus. Solinus in fine
capitis 23. quod est de Germania: Ce-
rauniarū genera (inquit) diuersa sunt.
Germanica candida est: splendet ta-
men coeruleo: &, si sub diuo habeas,
fulgorem rapit syderum. Similiter au-
tem & Marbodeus & Albertus Ma-
gnus, Germanica, legerūt: cum ex Pli-
nij libro 6. cap. 23. Carmanica sit legē-
dum: de quæ gemma, non lapide intelli-
gendū. Vidi ego & alium apud eun-
dem nobilem virum, meo (quem is
do-